

Specificatio.

Privilegiorum Norimbergenſium,
quorum Exemplaria impreſſa, in
majori Registratura aſervantur.

Anno Chriſti

1328.

Aurea Bulla Imperat. Ludovici, de non evocan-
dis civibus.

1350.

Caroli IV. Delegator: cujus Confirm: a Carolo VI.
data.

1353.

Privilegium Caroli IV. auf dem Reichs Wäldern
nicht zu bauen.

1355.

Caroli IV. Privilegium Nürnberg: Bürger vor dem
Schultheißen zu verklagen.

1355.

Nürnberg: Jolle Privilegium Caroli IV.

1378.

Aurea Bulla Caroli IV. das im Nürnberg Kreis
Stadt zu bauen.

1434.

Privilegium Sigism: Imp: Nürnberg: auf Kräfte
auf Kreis Mächten zu nöthigen.

1440.

Privilegium Frid: III. Kästen wider gasten. oder
fremden wider fremde Kreis arresta
zu verfahren

1440.

Friderici III. Befreyung von fremden Dreyß.

1464.

Privilegium Frider: III. Kreis wider Arbaiten
Dreyßstätt zu bauen.

1464.

Privilegium Frid: III. appellations- Eyd- betref:

1464.

Privilegium Frid: III. die Rauffstätt betref.

1470.

Privilegium Frid: III. vom Lün Ar-gewicht, nicht zu
appellieren.

1475.

Privilegium Frid: III. die Loßung mit Kreiss betref.

1476.

Confirm: Frid: III. auf Abgang der Land Högte bestat-
tete Dreyß.


1495.

Privilegium Maximiliani I. den Appellations- Eyd
und Caution betref.

1508. Privilegium Maximil: I. von Kaiſermarus- und
 Bai-ſarfen niſt zu appelliren.
1521. Privilegium Caroli V. von außghehorren in rutledigh
 Bürgeren..
1540. Privilegium Caroli V. der Stadt Nürnberg geſchreyte Brief.
1545. Neum Privilegium Caroli V. cum Confirm: Leopoldi.
 Niſt in Joſlößt laſung ant zu haben. 1659.
1573. Privilegium Maxim: II. die außſetzung der Juden über.
1577. Rudolphi Protectorium confirm: a Carolo VI. 1717.
1590. Rudolphi II. de non alienandis Fendis in exteros.
1657. Privilegium Ferdinandi III. Summa Appellat: ad
 900 fl: constituta.
1712. Imperat: Caroli VI. Confirm: aller Nürnberge Privi-
 legien.
1713. Caroli VI. Confirmatio Statutorum Nor: de non
 alienandis immobilibus in manus foren-
 sium.



AVREA BVLLA
LVDOVICI
IMPERATORIS,
de
NON EVOCANDIS CIVIBVS,
de Anno 1328.



[ca. 1720]






VDOWICVS Dei gratia

Romanorum Imperator semper Augustus. Vniuersis & singulis Imperii fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Ex parte Prudentum virorum dilectorum Ciuium nostrorum Nuren-

bergen. nuper nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus Priuilegium infra scriptum eis per nostram maiestatem concessum, dum eramus in Regia dignitate constituti, confirmare & innouare, de solita clemencia dignaremur. Cuius Priuilegij tenor sequitur in hec verba. Ludowicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus præsentes literas visuris vel audituris, gratiam suam & omne bonum. Inter sollicitudines nostras, illam, non minimam reputamus vt hijs, qui studiosius & ardenciori deuocione se nostris & Imperij seruitijs submiserunt, nostra Regalis benignitas vberius prouideat de quietis & indemnitatis comodo, Presertim, tum in ipsorum pace quiescamus, & prosperemus salute. Hinc est quod Prudentes viros vniversos & singulos Cives in Nurenberg fideles nostros dilectos propter suorum prerogativam meritorum, qua ad Imperii seruitia, pleno studio pre ceteris hactenus claruerunt, & rutilant, feruentius respicere gracijs condignis & oportunis fauoribus intendentes. Ipsi ad instar clare memorie Diuorum Imperatorum & Romanorum Regum, Illustrium Predecessorum nostrorum indulgendum duximus, & fauorabiliter indulgemus, Quod nec ad Curie nostre, nec ad cuiuscunque alterius

alterius Iudicis, in Causis mere Ciuilibus, examen vel Iudicium, extra Ciuitatem Nurenbergeñ. super quibuscunque rebus & questionibus trahi debeant vel quomodolibet euocari quamdiu sunt vel esse volunt parati stare, iuri in ipsa Ciuitate, coram Schultheto nostro ibidem de se querulentibus ac facere & recipere coram Schultheto predicto, quod ius & iusticia dictauerit, secundum Sententiam Schabinorum ibidem. Et ipse Schulthetus ibidem in reddendo iusticiam querulantibus, contra singulos vel uniuersos Ciues predictos non sit negliens vel remissus. In cuius rei testimonium presentes literas Sigillo maiestatis nostre tradimus communitas. Datum Oppenheim noñ. Iañ. Anno domini Millesimo Trecentesimo XV°. Regni nostri anno primo. Nos vero dictorum Ciuium Nurenbergeñ. qui deuotionis & fidei puritatem, & omnem quam possunt obsequendi promptitudinem erga nos & sacrum Romanum Imperium, constanter gerunt, deuotis supplicationibus fauorabiliter annuentes ac volentes ut augusta nobis Imperialis dignitas eis fauoris & gracie tribuat incrementa, Prefatum Priuilegium, & omnia in eo contenta autoritate presentium ex certa sciencia confirmamus & innouamus & etiam comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis & innouacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis verò contra predicta facere vel venire presumpserit grauem indignacionem nostram & penam librarum Mille auri puri pro medietate nostre

Imperiali Camere, pro reliqua vero medietate iniuriam passis persoluendam, senouerit incursum. In cuius Confirmacionis & innouacionis testimonium presentes literas conscribi iussimus & nostre maiestatis Bulla aurea comuniri. Datum Pisis anno domini Millesimo Trecentesimo vigesimo octauo Indictione duodecima, die vige-




simo

simo quinto Octobris Regni nostri anno quarto decimo,
Imperii verò primo.

Et ego Hermannus de Lichtenberch Scolasticus Spneñ.
prepositus sacri Germani extra Muros eiusdem nomine &
vicedomini Henrici Archiepiscopi Coloniensis per ytali-
am Archicancellarij Cancellarius recognoui & propria
manu subscripsi.

Loc. Aur.
Bullæ.



anno regni octavo indictione quoddecima, die vige-
simo